

Eadem usus est B. Germanus, Parisiensis Episcopus; dum occultum quendam ex puella Dæmonem eiecit, siquidem mox post impressam puella Crucem, Spiritus per naves in specie muscæ egressus est. Vide Fortunatum Pictavorum Episcopum in vita Germani cap. 27.

Eadem S. Birgitta vidua adhibuit in feminæ cuiusdam curatione; quemadmodum Scriptor vitæ ejusdem testatur apud Sarum Tom. fol. 350.

Eadem Arnoldus Sueffionensis Episcopus; quando ad ipsum perductus est adolescens Dæmoniacus, qui gravem ab integra Dæmonum legione carnificinam patiebatur: qui quamvis vix ullis vinculis potuerit constringi, mox tamen visa Cruce, velut agnus, quievit, sanctumque virum adoravit. Scripsit hoc in ejus vita Lihard, Sueffionensis Ecclesie Episc. cap. 24.

Eadem D. Bernardus, quando sacrificio Missæ insistent, quocienscumque hostiam facram Cruce signabat, etiam obfessæ mulieri Crucem impressit. Et tum usus est, quando a puero Spiritum eiecit, qui molestior, & morosior erat, tum maxime, quando ille vel Ecclesiam ingrediebatur, vel aqua benedicta aspergebatur: vel Evangelium audire compellebatur, aut divinis interese sacramentis: Vide in vita Bernardi, cap. 3, lib. 2.

Eadem Mauritius Episcopus Andegavensis in Dæmonia liberanda; quam propter ferocentem Spiritum vinculis fuit necesse constringi, teste Fortunato in ejus vita.

Crucem quoque pectori obfessæ impressit S. Laurentius, Archiepiscopus Dublinensis: quemadmodum & ori ejusdem infudit aquam benedictam: & post utrumque ad orationem conversus, Dæmonem eiecit, ita habetur c. 28, ejus vitæ, Tom. 6, apud Sarum.

Sic Patroclus, eremi cultor, plurimos Dæmoniacos curasse legitur, sed signo Crucis, teste Gregorio Turonensi in ejus vita, cap. 19.

Idem Gregorius Turonensis in vita Nicetii Episcopi Trevirensis refert, quod vult vestimento suo (volens vitare arrogantiam) Crucem opposuisset Dæmoniaco, & sic miserum a Dæmonis vexatione liberaverit.

Mirum verò non est Crucis signo Dæmonia ex hominum corporibus pelli. Etiam extra homines constituta, hujus vim ferre nequiverunt, si quando ipsa Christianosolim aggrediebantur, & oppugnabant.

Expertus est vult Crucis Gregorius Neocesariensis; quem sæpe contra Dæmones his armis depugnasse, testatur Gregor. Nyssenus in ejus vita.

Expertus est Miles Georgius, qui iisdem simulachrum Apollinis confregit; cum in templum, Apollini immolaturus, iustu Diocletiani esset adductus, teste Metaphr. in ejus vita.

Experta S. Margareta, quæ Cruce dæmonem, in forma Draconis sibi appropinquantem, profligavit, ut idem Metaphrastes 27. Julii scribit.

Expertus Sanctissimus Antonius, qui hoc armorum genere, omnibus nequam Spiritibus fuit terribilis: Quemadmodum B. Hieronymus docet in vita Pauli.

Refert quoque Greg. Nyssenus in vita Neocesariensis, crucis signo munitum exivisse noctu in columem ex balneis, innumerabilia spectra, ex quibus nemo eorum, qui noctu intrasset, unquam vivus exierat.

Refert Lactantius l. 4. c. 24. præsentem Christiano, qui frontem Crucis signaverat; Diabolum non ausum fuisse Imperatori responsum dare.

Adde, quod quamvis etiam pietatis studio hæc Crucis arma contra Dæmones non fumerent, Dæmones tamen affixerint, & graviter torserint. Notum est exemplum Juliani, qui dum pro Christianorum consuetudine, ipse adjuratus Christianus, se Cruce signat, dæmones, quos evocaverat, fugat. teste Nazianz. Oratione in Julianum.

Sic Lucianus, Epicureus licet, & cujusvis Religionis illud tradit, Eucratem dignum fide virum, cum annulum accepisset ex ferro, ut ait, ex quamiam Cruce facto, adversus pravos dæmones redditum esse securum. Itaque, inquit, Cesar. Baron. ann. Christi 60. quemadmodum Judæi exorcizant, licet in Jesum Christum non crederent; tamen quod scirent a Paulo, & aliis Christianis in nomine Jesu pelli Dæmones; & ipsi eodem nomine ad imovendos eos, ab obfessis hominibus utebantur: ita Magi, quod a Christianis feliciter factitari videbant, nimirum Crucis virtute eos dæmonibus imperare; & ipsi ad coercedos, cum opus esset, impetus dæmonum, signo Crucis uti voluerunt. B. Antonius, teste Athanasio in ejus vita, contra omnes terrores, solo Crucis signo jubebat securos esse monachos. Paulinus pro Cruce sic cecinit, Natali 8. S. Felicis.

Nos Crucis invictæ signum, & confessio munit, Armatique Deo mentem, non querimus arma Corporis: & quamquam membris videamur inermes: Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena Contra incorporeos animis decernimus hostes.

* Damnatio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Damnatio, Græcè *κατακρίσις*, dicitur. Paulus I. C. ab ademptione, & quasi diminutione patrimonii dictam esse affirmat. Damnatio enim a demendo deducitur, cum res per diminutionem redditur deterior.

MODUS DAMNANDI VETUS.

Olim, ut observavit Franciscus Baldinus l. 4. cap. 7. de edit. cont. Christianos, moris erat, ut damnati, five ad mortem, five in exilium, aut ad aliam quamcumque penam sustinendam, ut causa damnationis publice populo exponeretur, five in tabella, five voce præconis.

Exempla obvia sunt in iis, qui propter fidem Christianam supplicis fuerat additi. Quin Christo ipso tradito, ut crucifigeretur, posuit Pilatus causam mortis, quam paulò ante nullam se in eo invenisse pronuntiavit. In tabula ferreæ caput ipsius scriptam Græcè, Hebraicè, & Latinè, ut toti mundo ea immoeretur, nempe his verbis: *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*, five ut Mattheus testatur, *hic est Jesus Rex Judæorum*. Itaque inscriptione hac exprobrabat velut Pilatus Christo affectationem regni apud Judæos significans. pariter ob hanc eum crucifixum, Cæsaris etiam benevolentiam ambivit, ut ejus imperium apud Judæos adversus usurpatores se tueri significabat. Scripsit autem triplici illo idioma, eo quod Hierosolymis præter Hebræos, plures essent Græci, & Latini Profelytae, adeoque ut præcipuè orbis nationes Crucifixionis causam cognoscerent. Et quamvis Evangelizata in verbis tituli hujus videantur non convenire, omnes tamen sensum eundem attingunt. Joannem verò, qui omnium postremus scripsit, & crucifixionem oculis suis vidit, ita scripsit, sicut Pilatus prior scripsit; testatur ille titulus ab Imperatrice Helena inventus, qui Romæ cum parte Crucis Dominicæ asservatur. Noluit autem Pilatus acquiescere supplicationi Principum, qui mutari volebant inscriptionem, dicentes: noli scribere Rex Judæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Judæorum: idque non abique mysterio. Dum enim Pilatus gentilis Jesum scripsit Regem Judæorum: quem pro Rege agnosceret Judæi noluerunt: illud jam tum infansuatum futurum, ut nominis falsiter professio, quam falso dicti Judæi abnegarent; ad sententia credulas, veros scilicet Judæos, demigret. Ita Corneli. Janssen, concor. Evangel. c. 124. qui addit, Tituli hujus verba bene expendenda. Prima enim dictio *Jesus*, quæ proprium Christi nomen desert, cum Salvatorem significat, totam triumphi illius continet rationem. Reliquæ verò indicant ipsum verè esse, quod dicitur, nempe Salvatorem, & quare? nimirum, quia Nazarenus, id est, floridus, & germinans: & quia Rex Judæorum. Per integritatem enim suam, & regalem potestatem est Salvator mundi. Ita Janssen. Post Christi tempora, quicumque ob fidem illius supplicis addicebantur, non aliam mortis causam habebant, quam quod Christiani essent, neque alia damnationis tabulæ inscribatur, teste Tertulliano, quàm *Reum esse Christianum*. Nomen enim inquit, in nobis tantummodo damnatur, non crimen aliquod.

Plin. l. 10. Epist. 101. scribit ad Trajanum: Interrogavi ipsos an essent Christiani: consistentes iterum, ac tertio interrogavi, supplicium minatus: perseverantes duci jussi.

De sanctis Martyribus Attilio, & Polycarpo nota sunt exempla. Illi namque cum in Amphitheatro Lugdunensi circumducerentur, prælata fuit tabula, in qua scriptum erat, *Hic est Attilius Christianus*. De hoc autem cum in Asia ad supplicium duceretur justus Prædixus, Præco clamavit: *Polycarpus Christianum se esse confessus est*, ut videre licet apud Euseb. l. 4. c. 15. & l. 5. c. 1. bistoria Ecclesiastica.

HEROGLYPHICUM.

Sunt qui velum in sagitta cupidem figuram damnationis signum esse autumant: ut explodendum, summovendumque aliquod inceptè dictum in scriptis, id quod Aristarchi summi Grammatici judicio inter hero glyphica receptum est, quod eo ille signo ulus fit in adulterinis apud Homerum carminibus summovendis. Val. Pier. l. 42. c. 18.

Vide Juxta, Judicium, Judicium Divinum, Judicium extremum.

* Damnus

* Damnium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Damnium Græcè vel Idem est quod detrimentum, vel pæctura: a Diminutione rei vocatum, ait Theodor. l. 5. cap. 27. Differunt autem damnium, & malum, quod damnium est rei, malum vero hominis ipsius. Quare Terentius in Andria: *Quid feceris illi, qui dederit damnium, aut malum?* Ex Donato super Terentium.

Hebr. *Nezek*, noxa, detrimentum, & convenit cum nomine *Neshech*, morsus, morsure. Qui enim damno proximum afficit, belluarum in morem cum mordere videtur. Hac autem loquendi formula metaphorica usus est Apostolus Galat. 5. 15.

DAMNI TOLERATI EXEMPLA, ET

APOPHTHEGMATA.

Chilona, damnium dicebat turpi lucro semper præferendum esse: illud enim semel doleat, hoc autem semper. Laert. l. 1. c. 4. Stob. serm. 1.

Anaxagoras, post diutinam peregrinationem domum reversus, cum reperiret patriam, philosophicæ desertas: Nisi, inquit, ista perissent, ego salvus non essem, quod calamitas illum adegit ad philosophiam: rebus autem integris mansisset intra penates suos. Ita sæpenumero prospera sunt homini, que videtur adversa: & quod damnium putans ingens, lucrum est maximum. Laert. l. 2. c. 3.

Rerum certè iactura fortiter ferenda est, cum nihil sine Dei nutu evenire mortalibus queat. Ad servandum ejusmodi patientiam adhortatur nos Domitianus, cum diceret: *Ab eo, qui auferit tibi vestimentum, etiam tunica non prohibere*, ne scilicet magis irites raptorem, & in tui necem accendas. Et qui auferit, quæ tua sunt, ne repetas, id est, paratus sis potius damnium aliquod perpeti, quàm ut cum scandalo proximi repetas. Luc. c. 6.

Quid autem Clarævalleus Abbas Bernardus? Ablata erant ducenta argenti pondi, sibi ad impensas confutruendi cœnobii missa, quod cum ad eum deferretur: *Gratias*, inquit, *Deo ago, quod tanto me onere levavis*. Summa temperantiz index ea vox, apud paucos hoc ævo recepta. Marul. lib. 5. Beyer. in Apoph. Christianis.

Legimus in Prato Spirituali, de Senæ Anonymo, quod cum ad eum in Ereto habitantem venissent Latrones, & dicerent, En omnia tua tollere venimus, & ipse, ut facerent, annuisset; abierunt, cuncta secum auferentes: adventit autem senex derelictum adhuc in muro pendere marisum, five mantica: & insequitur abeuntes, illo etiam, ut auferent, prolato. Confusi ille redeunt, & universa restitunt. Pratum Spirituale c. 211.

Eum, qui alteri nocere cupit, ipse ipsi nocere. *Ledere qui tentas alios, quæ mittis in altum, In caput hæc recidens aspera saxa tuum.*

Quere quæ tentas alios, hoc veris igne, *Quodque paras alius, hoc peris ipse malo.*

Et velut is, qui mixturam altis letibale venenum *Inscius ipse bibit, fraude peritque sua.*

Aut certe instat apis, quæ cæco rapta furore, *Protinus ut stimulum fixerit, ipsa perit.*

Jac. Billius in Antibologia. *Vide hujus rei exempla Tit. de Consilio, §. Consilium malum consultiore esse pessimum, quod idem est, quod damnium aliis fructuum in auctorem redumdam.*

HEROGLYPHICUM.

Damnium, aut iacturam veteres Egyptii per Piscem adumbrabant, five Tritonem, quem superiori hominem, inferiori parte piscem experimebant. Ex humana quidem natura commoditatem ex pice damna, & perniciem interpretantes. Cuius quidem posterioris rationem non aliam existimavero, quam quod pisces in mari versentur, quod omnia absorbet, que intra se recipit: vel quod caro piscium non augeat multum substantiam alii, si que inter alimenta minus nutrens. Pierius l. 31. c. 4. hero glyph.

Danorum Reges, Legislatores.

Republica.

Vide Tit. de Magistratu Chronologicè considerato.

Deambulatio.

Require Tit. de Ambulatione. Item Titulum de corpore S. corporis totius Motus. Ibidem Obambulatio. Vide etiam Tit. de Exercitatione.

* Debitum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Debitum, Hebr. *Kob*. Ezech. 18. 7. debitum, & debitor. Item *Maschibeb*, à verbo *Maschibabi*, manum contractavit, ut solent facere debitores: de qua caremonia multis locis meminit Salomon, libro Prov. *Spolia sua, spolia, debeo dicitur*, quod obligatus sum: quo verbo communis actio comprehenditur, ut tenet Ulpianus, five civilis sit, five honoraria, five fiduciommissi perfectio. Inde fit debitor, qui, ut Modestinus inquit, is proprie dicitur, quo invito exigi pecunia potest, & debitum id, quod debetur, & debitio ipse actus. Cicero: *Pecuniam dissimilis est pecunia debitis, & gratia; nam quæ pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: quia autem debet, et retinet alienum: Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, refert.* Debita, ex Syri formosis idiosimo pro peccatis, Matth. 6. 12.

Debitum astute differre. *Quare Tit. de Contractibus, Creditum, debitum differre, negare, &c.*

Debitum remittere, condonare. *Vide sub Tit. de Divitiis, F. Divitiarum acquisitio, §. Relaxatio, Condonatio debiti, &c.*

Quare etiam sub titulo de absolutione. *S. Ex alieno. Pleraque insuper sub Tit. de Liberalitate.*

EXEMPLA, ET APOPTHEGMATA.

Philosophus quidam Pythagoricus cum à calcatore sibi emisset phecassia (est autem calcementi id genus) non habuit pecuniam, qua solveret in promptu. Verum cum paulo post rediret ad tabernam, ut solveret futorem audit eundem jamjam defunctum esse. Gratulabundus igitur Philosophus de luctu, pecuniam domum retulit. Postea cum se colligeret, videt se male fecisse, arrepta igitur pecunia, ait: Tibi vixit calcator, alius mortuus, & accedens ejus tabernam, nummos in eam projecit, ne videretur homini etiam defuncto denegare id, quod æquo debebat jure. Eras. l. 6. Apoph. ex Senec. l. 7. de benef.

Phocion, cum Athenienses olim sacrificia instituisent, peterentque à civibus, & unusquisque aliquid de suo ad complenda sacrificia adderet: Phocion Atheniensis effragiatori respondisse dicitur: *Puderet, si vobis adderem: ad huic (debitorem digito ostendens) cui debeo jure, nihil redderem.* Sunt, qui putent, se Deo facere rem gratam, si ad cultum idolorum multos conferant nummos. At Phocion, vir sapientissimus, sensit Deo multo gratius esse, si satisfacias iis, quibus debes. *Ejus autem dixerunt leges apud Plat. in Græc. apoph.*

LYCURGUS, assiduum esse, dignumque, cui debitum credas in opibus: at fide dignum in moribus situm esse dicebat. *Maximus serm. 1. de virtute.*

Perse dicebant, duo esse peccata inter homines turpia: quorum primum est, debitorem esse, alterum, mentiri. Conjunxerunt autem hæc duo, idèo nimirum, quod unum raro fit sine altero, qui enim ære alieno obstrictus sunt, pollicentur in dies se satisfacturos, nec tamen præstant, quod promissum esse semel, atque iterum. Herod.

AUGUSTUS CÆSAR, equite Romano quodam defuncto, compertum esse illum tantum habuisse æris alieni, ut summam ducenties nummum excederet: idque, dum viveret, celaverat. Cum igitur res illius auctioni subicerentur, ut ex pecunia creditoribus satisfaceret. Augustus iussit sibi emi culcitram illius cubicularem, ac mirantibus hoc præceptum. *Habenda est (inquit) ad somnum mihi conciliandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus, somnum capere potuit.* Nam Augustus ob ingentes curas, sæpè maximam noctis partem ducebat in somnum, *Macrobi. l. 2. c. 4. Sat.*

Plutarchus, pedem, & manum, si computruerit, dicebat non refecare; & quidem data mercede: ita domum, & sanilitium subiciebat abiiciendum esse, ut ab ære alieno liberemur, hoc est, ut liberi fiamus. *In Moralibus.*

Ex comicis Græcis.

Αὐτὸν ἀνδρὸς ἀδύνατος, ἢ καὶ ἄλλο πᾶσι
Reddas, quod est datum, ut iterum detur tibi.

Τὸ δὲ αὐτὸν δῶκεν ἄλλοις ἀνδρῶν τοῖς
Πᾶσις frequenter liberos servos facit.

S. Gregorii in moralibus, insignis pecunias accipit: & tempus, quo reddere debeat, non attendit. *Ibid.*

Debitorum sumus præcipue quinque, scilicet, corpori, cordi, fratri, sanctis, & mortuis. *Bern. de verb. Domini.*

* Deca-

est (Regem Scotia intellige) contractis paucis quibusdam opus, illuc extemplo ipse proficiscitur, ac statim comprehensis sceleris auctoribus, qui supra quadringentos erant, omnes supremo affectu supplicio. Postea subditur. Comitum verò Caenensium, quod nec succurrissent invocanti auxilium Adamo, nec trucidato, de homicidis supplicium mox summississet comitari privavit: Pontifex ubi Alexandri in puniendis hominibus flagitiosam diligentiam, ac curam audisset, plurimis verbis eum per Legatum laudavit. Tertio inde anno, cum Alexander Rex, in festo Regum genio liberalius indulgeret, captata opportunitate, Comes Carthanesius supplex ad eum veniam rogatum venit cædis Adami, cujus cum innoxium se esse diceret, eum Alexander, severitate exuta, pristinae fortunæ, accepta prius ingenti pecunia, restituit. Sed impunitatem hanc ab homine concessam haud invitam Deus dimisit. Nam famuli ejus, quod eos asperis æquo tractasset, post paucos annos noctu trucidatum, ac in grabatum impositum (quo facinus occultum maneret) accensis adibus concremarunt: Perit igitur ille eodem supplicii genere (cui aliquot annis postea) ut divinitus factum videri possit, quo Adamum Episcopum affecerat, cujus in mortem ipse haud dubie confenserat.

HALBERTADIENSIS Episcopus Burcardus decimationes Saxoniæ, quæ ad monasterium Hersfeldense pertinebant, sibi vindicabat ratione Episcopalis regiminis. Abbas ejus cœnobii Meginherus jubet Episcopo per Fridericum Palatinum indicari, cum ad furta restituenda nullo jure adduci posset, brevi instare tempus, quo coram Deo esset hæc causa dijudicanda. Moritur paulo post Abbas. Et cum Episcopus ejus rei gratia Synodum indixisset, in itinere lapsus de equo domum relatus est: ubi tum suos domesticos, tum Episcopos se visitantes rogavit, ut decimas istas absque mora cœnobio restituerent. Se enim injunctis poenas jam luere. Lambert. Sebafnaburg sub an. Dom. 1059.

Quomodo per sanctum Severinum fuerit propulsata dira fames, quæ affligebat Gallias, Rhætos, Noricos, & alios Boreales populos, hortando nimirum eos ad decimarum solutionem, ita narrat Eugippius, postquam retulit eorum vexationem ob decimarum neglectum. Cives quoque (inquit) ex oppido Lauriaco, crebra quondam sancti Severini exhortatione communiti licet, frugum decimas pauperibus offerre distulerant. Quibus fame constrictis jam maturitate mensium flavescente, vicina subsidia monstrabantur. At ubi rubiginis improvisi corruptio frugibus nocuit comparavit, mox ad ipsum convenere prostrati, pœnas suæ contumaciæ confitentibus, de Domini pietate pollicitor, quod rubigo præsentis temporis tam valida, penitus non nocebit, tantum fides vestra ulceris non vacillet. Verum cives ad persolvendas decimas hæc promissio reddidit promptiores. Tunc, ut solebat, hortatus est iudici jejuniū. Quo expleto, placidus imber desperatæ messis amputavit incommoda. Eugip. in vita S. Sev. cap. 17. Par. Tit. 6. ad an. 475.

Saxo Grammaticus historiae Daniel. 11. & 12. fusè recenset pœnas, quas Dania universa ob negatas decimas perpessa fuit. Vide Joannis Molani eruditam orationem de decimis, secundam, & tertiam.

Declamatio.

Quid. Ejus Studium. Exercitatio. Utilitas.

Declamatio, Græcis μακρολογία, est domestica, & umbratilis exercitatio, quæ fit intra privatos parietes, quo in genere pueri etiamnum apud studiosum suorum moderatores exercebant. Solebant olim causas acturi domi prius præmeditari, & sublatâ, sonorac voce recitare, quæ in foro dicturi essent, exemplum extat de Demosthene in Plutarcho: de Græcis iterum. Cicero in oratione, non declamatorem (inquit) de Ludo, non tabulam de foro, sed perfectissimum oratorem quarimus.

Vetus ille declamandi recitandique mos, quam fuerit olim solemniss, cum ex aliis auctoribus, tum ex Plinianis epistolis abundè liquet: cujus utilitas maxima fuit. Nempe quod hunc cœu Lydium lapidem (ut est in proverbio) scripta sua probarent. Quoties enim apud multitudinem dicimus, facile experimur, num felix sit inventio, num dispositio concinna, modò opposita elocutio: & quamquam taceant auditores, ex illorum

tamen vultibus intelligere licet, album, an atrum (quod ajunt) calculum recitantibus, aut dicentibus nobis adiciunt. B. Rhet. E. nanus in Maximiano Philosofo Platon.

Magnum proventum Poetarum annus hic attulit, toto mense Aprilis, nullus fere dies, quo non recitaret aliquis, præterit. Juvat me, quod vident frudia, proferunt se ingenia hominum, & ostentant: tamen ad audiendum pigre coitur. At hercule memoria parentum, Claudium Casarem ferunt, cum in palatio spaciaretur, audissetque clamorem, & causam requisisset, cumque dictum esset, recitare Novianum: subito recitanti, inopinatumque venisse. Lege Suetonium in Augusto. Plin. l. 1. epistolæ. ad Septimium Clarum.

Declamabat autem Cicero non quales nunc controversias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas Thefes vocabant. Hoc autem genus matris, quo nos exercebatur, adeò novum est, ut nomen quoque ejus novum sit, controversias nos dicimus, Cicero causas vocabat. Hoc verò alterum nomen Græcum quidem est, sed in Latium ita translatum, ut pro Latino sit. Scholastica controversia multò recentior est, sicut ipsa declamatio, quia apud nullum auctorem antiquum, ante ipsum Ciceronem, & Calvum, inveniri potest, qui declamationem distinguit: Ait enim, declamare est jam non mediocriter bene dicere. Alterum putat domesticæ exercitationis: alterum esse veræ actionis. Seneca in Prologo declamationum.

At verò ego hoc tempore omni nocte, & dies in omnium doctrinarum meditatione versabar: etiam cum Stoico Diodoro, qui cum habitavisset apud me, cumque vixisset, nuper est domi meæ mortuus: à quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in Dialecticâ exercebar: quæ quasi contracta, & adstricta eloquentia putanda est, sine qua etiam tu, Brute, judicasti illum justam eloquentiam, quam Dialecticam dilataram esse putant, consequi quosque. Huic ego doctori, & ejus artibus variis, atque multis ita etiam tum deditus, ut ab exercitationibus oratoris nullus dies vacuus esset. Commentabar declamantibus (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisonæ, & cum Q. Pompejo: aut cum aliquo quotidie, idque faciebam multum etiam Latine, sed Græcè sæpius, vel de quod Græca oratio plura ornamenta suppeditans, consuetudinem similitudine dicendi afferrebat: vel quod à Græcis fummis doctoribus, nisi Græcè dicerent, neque corrigi possem, neque G. doceri, Declariis Orationibus ad Brutum, Cicero de seipso hæc prædicat.

Ipsa interea decem, & septem dies, ut digestio potius, quam declamatio videretur, de me in Tyburinio Scipionis declamavit: Hæc enim ei causa esse solet declamandi. In M. Antonium Philipp.

Declamandi ratio, ut novissimè inventa, ita multò est utilissima. Nam & cuncta illa, de quibus diximus, in se ferè continent, & veritati proximam imaginem reddidit. Ideoque ita est celebrata, ut plerique videretur, ad formandam eloquentiam vel sola sufficere. Mox subdit.

Torum autem declamandi opus, qui diversum omninò à forensibus causis existimant, ii profectò, nec rationem quidem, qua ista exercitatio inventa sit, pervident. Nam si foro non præparat, aut scientiæ ostentationi, aut juriosæ vociferationi simillimum est. Quid enim attinet iudicem preparare, qui nullus est.

Narrate, quod omnes sciant falsum, probationes adhibere causæ, de qua nemo sit pronuntiaturus? Et hæc quidem otiosa tantum. Affici verò, & ira, & luctu permovere, cujus est ludibrii, nisi quibusdam pugne simulacris ad verum discrimen, Hæc fieri que justam confusumque: Nihil ergo inter forensis genus dicendi, atque hoc declamatorium intererit, si profectus gratia dicimus nihil. Fab. l. 2. c. 11.

Declamationes quæ, quales, proluxa, præmeditata, &c. Declamatores qui, quomodo, puta scripto, memoriter, præmeditatè, ex tempore, breviter, prolixè; Requirit in locis de Eloquentia. Retorices de exercitatione, & ex professo, in Tit. de Oratore, sub exercitio orationis.

Declinatio. Declinare.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Declinatio verbale est à Declino, cujus antitheton est apponit. Prudentiæ species, si debite adhibetur. Et enim, prout hæc ea voce utitur Zimherus; fuga, & deflectio alioquin, qui modò, sumptum à corporis inflexione glicatoribus familiari, qua istum adversariū devitant. Græci ἀποκλίω dicunt

MORTEM EXTRA JUDICIUM MODESTE DECLINARE.

dicunt vel ἀποκλίω, pro eo quòd est deorsum inflecto, in morbis A ait Galen. lib. 1. Crisum c. 3. vocatur declinatio ea pars, quæ videretur ipsum subsecutur usque ad secundam accessions principium. Apud Philologos variè usurpatur, nunc pro deduco, testimonio pro extimo, five alieno, item diverto, vel dehecto, testimonio obvia sunt apud Ciceronem, Livium, & Terentium.

DECLINATIO MODERATA MALORUM QUORUMLIBET.

Mala, quæ natura hominis inimica, fugienda sunt, ea moderatione, ut nec plus quam oportet fugiendo timidi, nec minus quam oportet, stupidi dicuntur. Recta ratio moderatur hos motus: is propterea respectu efficientis ad Prudentiam, respectu verò ad objectum, seu materiam subiectam, ad Fortunam pertinet: ut in ascensu montium calcariibus, in descensu freno indiget equus: utrobique certè robore opus est. Sic quoque in tolerando, is propulsando animi presentia opus est: at non minus in declinando. Prima certè hæc est fortitudinis ratio, ut mala, si bene esse fieri possit, declinet: si id nequeat, secunda ut propulset: si neque istud, tertiam toleret. In Declinatione malorum ratio habenda tum materie subiectæ, hoc est, ejus mali, quòd declinamus (& de hac Declinatione novum loquimur) tum Formæ sive modi, quòd declinamus. Qui quidem partim Internus est, partim Externus. Internus à Prudentia provenit, itaque sub loco Prudentiæ exemplum multa reperies declinandæ moris, ex illi, &c. non propter id, quòd declinat, sed propter prudentiam declinandi. Externus verò à Fortitudine pendet tum Tolerante minoræ mala sua majora declinatur (de quo sub Tolerantia) tum Propulsante mala, cui accidit, ut simul ea declinet (de quo sub Propulsatione) Finis denique, propter quem hæc mala declinamus, qualiscumque sit, bonus est loci. Declinatur autem mala tum per se, quia mala quælibetque tandem: tum propter aliud, cum vel bona alia impediunt, vel mala alia offerunt.

DOLORES, MORBOS, VULNERA MODESTE DECLINARE.

DEMONAX, cum aliquando in balneo refugeret ingredi aquam ferventem, & alius illum appellaret metuculosum: Quid, inquit, an hoc pro patria passurus essem? Sentiens, temeritatis esse, non fortitudinis, ferre periculum, ni ob causam gravem, & honestam fiat. Ursin. l. 8. Apoph. C. MARUS varices habebat in utroque curre, quos præbuit medico exsecrandis non aligatis, ac sine gemitu ullo, & vultu contracto, sed ratione perulit. Verum ad alterum erus cum transiret medicus, reject eum, negans tantè esse curationem, ut tolerandum cum dolore existimaret. Plut. in Apoph.

CONDEMNATIONEM JUDICIO MODESTE DECLINARE.

Hæc refer exempla Astorum, quatenus per hæc vim majorem evitant.

DEMOSTHENES in propria causa dicturus, aufugit Calauriam in templum Neptuni, & potentiam Antipatri veritus. Plutarcho. in ejus vita.

ALCIBIADES, cum sacra trirēmi ad causam dicendum è Sicilia vocaretur ab Atheniensibus, obtemperare noluit: Stultum est, inquit, iudicium querere, cum fugere possis. Etecum quidam diceret: An non credis te ipsum patriæ? respondit: Immò ne patri quidem: Timer enim, ne forte per imprudentiam nigrum calculum pro candido submitteret. Dicitur Græcis sonat iucundus, vel vocum affinitatem, οὐραὶν & ἀπορῶν. Græcus autem ἀπορῶν δίκου dicitur, qui iudicium sententiis absolvit: οὐραὶν, qui vitat, aut fugit. Plut. in vita Alcibiadi. Elian. l. 12. de Varia historia.

ARISTOTELIS philosophus, cum iudicium veritus Athenes profugisset, sciscitante ex eo quopiam, Cujusnam modi videretur ei Atheniensium civitas? Παρολίω, inquit, ἀπὸ τῆς πόλεως ἀπὸ τῆς ἑσπέρης πύλης διὰ τῆς οὐραίας Πύρας super pirum, sicus super sicum confendit, quod de Alcinoi portis Homerus refert. Sycophantes nimirum innuens iusto plus inibi progremiantes. Rursum quærent: quid ita Athenas reliquisset? ἵνα μὴ βιάσθω, respondit, ἢ δὴ μὴ δὴ ἐκμαρτυρῶν εἰς θάλασσαν. Ne in philosophiam bis delinquat Atheniensis, qui Socratem prius cicuta sustulerat. Cælius lib. 17. cap. 33. Antig. l. 6.

L. B. Theatr. vine Hum. Tom. II.

Prophete centum ab Abdia procuratore domus regis Achab absconditi fuerit, cum Jezabe regina sceleratissima Propetias Domini persequeretur. 3. Reg. 38.

URIAS Semeje F. propheta, Judæis excidium denuncians sub Joacim rege, metu mortis in Ægyptum profugit. Ac regis iustu è fuga retractus, interfectus est, ejusque corpus in publicum sepulcrum projectum. Hierem. 29.

EZECHIAS rex Judæorum flevit sletu magno, orans Dominum pro morte, quam sibi immineret à Propheta Isaia audiverat. 4. Reg. 20.

JESUS CHRISTUS servator noster à Nazarenis indignatibus, quòd in urbe ipsorum, in qua educatus fuerat, nulla miracula facere vellet, in montis verticem celsus, ut inde præcipitaretur, divina vi transiens per medium illorum ivit. Quod ipsum ut contra corporis naturam fuit, ita divinitatis, quæ humanitatem comitabatur, argumentum evidentissimum. Lucæ 3.

Idem Hierosolymis, festo cœcæniurum à Judæis in porticu Salomonis deprehensus, cum lapidibus cum obruturicent. F. è manibus illorum exivit, & trans Jordanem abiit. Matth. 19. Marc. 10. Joann. 10.

Idem suis Discipulis præcepit, ut à persecutoribus male habiti, de civitate in civitatem fugiant, non tam metu mortis, quam studio divitiarum in ea, quam à Domino obtinuerant, evangelizandi provincia versandi. Matth. 10.

Post Stephani Protomartyris necem Fideles omnes in Judæa, & Samariæ fines (exceptis Apostolis) dilapsi sunt. Act. 8.

D. PAULUS insidias evitans Judæorum, de civitate in civitatem fugiebat: non timore mortis, sed quia furori malorum cedens, pluribus se utilem reservabat. Act. 25.

Idem & Silas Thessaloniciæ periclitantes, à fratribus noctu Berthæam dimissi sunt. Cùmque Thessalonices Judæi etiam Berthæenses concitare vellent, Athenas abiit. Act. 17.

In gravissimis persecutionibus sub Antoninis, sub Decis, Diocletiano, Maximino, Christiani homines solitudinis petiere: non quòd pro Christo pati reculerent, sed quòd spontè animas profundere nolent, melioribus temporibus semetipsos conservantes. Hæc origo primorum fuit Eremitarum. Vide Tit. Monachorum, & Eremitarum.

PAULUS primus Eremita, anno ætatis xv. orbis utroque parente metuens ne à fororio suo (qui bonis ejus inhiabat) proderetur, quòd Christianus esset: in persecutione sub Decio, & Valeriano in solitudinem concessit. Divus Hieronymus in ejus vita.

AVUS Basilii Magni, in persecutione Christianorum sub Maximino, cum cognatis, ac paucis ministris in montis specum sese addidit per septennium, & solo pane sustentatus est. Ad postremum tamen martyrium constantissimè passus est. Nazianzenus testis.

D. CYPRIANUS, cum populo Carthagenis se invisum esse sentiret, secedere maluit, & latere, quam inverecunda presentia sua seditionem magis augere. Quæ latebræ sub Decio, & Gallo fuisse videntur. Postea enim ad Ecclesiam suam rediit. Cyprian. l. 3. Epist. 5.

ATHANASIUS ille Magnus, Alexandria Episcopus orthodoxus, à Constantino Imp. Ariano proscriptus, muneribus etiam propositis, qui vel vivum, vel mortuū caput afferret, per sexennium in subterraneo puteo delituit. Proditum autem ab ancilla, latebras divino monitu mutavit. Inde ad Constantem profugiens, ejus beneficio recitum impetravit. Post quinquennium Constante à Magnentio tyranno intersecto, Constantius cum demum exulisset, ita ut per decennium, usque ad mortem Constantii, Alexandria apud sacram quandam virginem delituerit: & audita morte Constantii repente suis cum gaudio sese restituerit. Sub Juliano iterum latere coactus est. Sub Joviniano restitutus, anno Christi cccxxvii. Sed Joviniano opt. principe post octavo imperii sui menses in Cilicia morte sublato, successerunt Valentiniano & Valente: Valens Arians favens, est propter Athanasium Ægypto pepereit. Athanasius tamen præfectorum turbas metuens, per quatuor menses in paterno lauro monumento. Populo id agrè ferente, edicto Valentis Ecclesias suas repetere iustus, non multo post obiit, anno Christi cccxxxvii. cum Episcopatum Alexandrinum gessisset annis

Vu XLVI.

XLVI. Socrati lib. 4. c. 20. & Socraten. lib. 6. cap. 19. Cupiebat nimirum sanctissimus vir dissolui, & esse cum Christo: verum Ecclesie causa diuissimè vivere optabat, ne sua morte vera religio damni aliquid pateretur.

DIONYSIUS Alexandrin. Episcop. qui Heracleæ in Episcopatu successit, sub Decio, & Valeriano Ecclesiam persequebatur, divina voce monitus, fugit in Marcotidem Lybiæ, & ibi latuit. Euseb. l. 7. c. 11.

GREGORIUS THAUMATURGUS, ingruente persecutione, considerata fragilitate humanæ naturæ, quod plerique non possent usque ad mortem pro pietate decertare, auctor Ecclesie fit, ut terribilem illum impetum, atque incursum paulisper declinaret: fatius esse ducens, per fugam animam eorum conservari, quam stantes in acie certaminum, atque periculum, fidicieri desertores. Ac quod maximè hominibus persuaderetur, nullum animæ periculum adesse, si vel per fugam quis fidem conservaret, suo exemplo auctor secedendi fit, ipse ante alios secedendo periculum impetum devitans. Gregor. Nyssen. in ejus vita.

D. FRIDOLINUS, cum ab idololatriæ tutus esse non posset, precibus ad Deum, Rheum, veteri relicto alveo, novum accipere coegit, ut eo veluti propugnaculo contra injurias Ethnicorum muniretur.

VICTOR Mauritanus Maximj Imp. miles & aulicus, Mediolani, post varias pœnas è vinculis fugiens latitavit. Mox deprehensus propè eandem urbem in hortis principis, capite plexus fuit, octavo Idus Maii. Volaterranus lib. Vigesimo Anabropologie.

ACHILLES cum annum ætatis suæ nonum explevisset, pronunciasseque Calchas vates, Trojam sine Achille capi non posse: quia responsum tulisset à matre, Sibi in eo bello moriendum fore: puellari habitu indutus, in Scyron, quæ una est Cycladum, inter filias Lycomedis regis se abdidit. Hic tamen inter puellas ab Ulyssæ agnitus est. Natalis Comes l. 9. Mythol. cap. 12.

CLEOMENES Spartanorum rex, victus ab Antigono, cum in Ægyptum fugeret, & Theotycon amicus consuleret, ut morie servitutum anteverterent: non sibi, sed patrie se superesse dicebat: mortis metu mortem sibi ultro conciscere insani hominis esse, non fortis. Plut. in ejus vita.

LACON, cum voto se obstrinxisset, quod se de Leucade præcipitem daret, conscendit montem, & conspecta altitudine, sese avertit. Id cum illi probri gratia obiceretur: Non putaram, inquit, illi voto, majore voto opus esse. Nempe qui facinus arduum concipit animo, prius à diis optare debet animum facinorosi parem. Plut. in Lacon.

Tribus annis Romæ versatus Galenus, ingruente magna peste consertim ex urbe in patriam properavit, annum jam agens tricesimum septimum.

INSIDIAS VITÆ MODERATE DECLINARE.

Consule Tit. Prudentiæ in vitandis insidiis: illie respectu Rationis Prudentiæ declinantis, hic respectu Timoris Fortitudinis moderantis habetur ratio.

DAVID Saul regis insidias summo studio evitavit. Ab uxore Nichol per fenestram demissus, Ramatham ad Samuelem confugit. 1. Reg. 19. Inde persequente Saul, Nobam ad Achimelech pontificem, à quo panes appositos accepit, & enses Goliath. Mox ad Achim Gethæ regem, apud quem insaniam simulavit, ut tutus esset. Idem cap. 21. Tandem in speluncam Odollamam, ubi manum circiter quadringentorum virorum coegit, oblatorum, & fugitivorum, & Massham Moabitarum se recepit. Inde monente Gado vate, in Judæa fines concessit, in Haretham sylvam, & Palastinos Ceilam oppugnantes cæcidit. Saul postea adventare cum exercitu audiens, Ceilam reliquit, & saltus Ziphi munita loca tenuit. Persequente Saul, in Maone saltu undique circumfusus tenebatur, cum Saul ad Palastinos, qui incurtionem fecerant, reprimendos, copias reducere cogitur. Unde locus ille Rupes diremptoria vocata est. Occupavit inde David Engadinorum arces. Mortuo Samuele in saltum Pharanem se contulit, & inde ad Achim Gethæ regem, à quo oppidum Siceleg ad habitandum cum suis obtinuit, è quo excursiones faciebant in Gelsurzos, Gerzozos, & Amalechitas. 1. Reg. 27.

Cum discipuli Joannis Baptiste Domino Jesu nunciassent, quod ab Herode rege in carcere obruncatus fuisset: Jesus se-

cessit ex illa regione, ne Herodi occasionem majoris flagitii committendi daret. Mat. 14.

Post fuscitatum Lazarum, cum Judæi consilio indicto de comprehendendo Jesu cogitarent, Jesus à Bethania in desertum, in eivitatem Ephraim abiit ad festum usque Pasche. Joan. 11. Judæi Christum Dominum, propter curatum Sabbato manum aridam, cum Herodianis persecuti cogitabant. At ille furor illorum cedens, cum discipulis suis ad marecessit. Mat. 12. Marc. 3. Luc. 6.

PAULUS Apostolus, cum Damasci conversus Christum prædicaret, insidiaribus ei Judæis, & portas omnes observantibus, à discipulis laxata sporta per murum demissus, Hierosolyam pervenit. Ubi cum Græcanici eam interire conarentur, Cæsaream à fratribus deductus, Tarsumque dimissus est. Act. 9.

Neqsmortis reprehendenda fuga fit, siquidem vitam turpiter appetas: neque commendanda expectatio, si conjuncta cum odio fit vivendi. Unde fortissimos quoque, & bellicosissimos Viros eduxit ubique ad certamen Homerus accuratè armatos. Apud Græcos etiam legislatores eum, qui clypeum projecit, puniunt, non eum, qui gladium, vel hastam: docentes, ne quid mali patiantur, priorem cuique curam ducendam, quam ut hostibus inferat, præsertim magistratui, aut duci. Plut. in Pelopida.

MITHRIDATES Rex, diligentissimus vitæ fuit. Id ex eo intelligi potest, quod quotidie venenum bibere excogitavit, præsumptis remediis, & inter ea nobili illa antidoto, quæ nomen ab eo accepit, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Plin. lib. 25. cap. 2. Idem insidiarum metu venationis secutus per fylvas vagatus, diversis montium regionibus pernoctabat ignaris omnibus, quibus esset in locis affuetus feræ persequi. Sic & insidias vitæ, & corpus suum ad omnem virtutis patientiam induravit: exercitum quoque hyeme media fortiter hæc tolerare docuit. Justinus lib. 37.

Cum legati ad Turcarum reges introducuntur, singulos binis purpurati in medio arceps brachiis, quadam honoris specie sustentantes, ad dextræ osculum perducunt: neque tetemos homines ad tyrannum aliter admittunt, quam ut finem serutentur, an ferrum sub veste lateat, implicatique eo modo brachiis, commovendæ manus potestatem facinus auferis diffusimiliter eripiunt: quanquam & assidendi in thoro circumposita parataque ad malum clypeus cum acinace, chloræ ferrea, ac item arcus & sagittæ conspiciantur. Sab. Supplem. lib. 24. & Jo. 1. c. 28.

ANNO M. D. XXXVII. Hungaris ad Mugaicum truncatis, & rege ipso Ludovico ad sedem interitum pulchri lacuna pumero, victor Solymanus Budam rectè contendit. Urbe, regiaque potius, ad Danubium posuit castra, invitæque regiam arcem, ita tamen ut in ea minime pernoctaret: quod antiqua Othomannorum lege eorum sit, ut Imperator nusquam muris, sed fuz tantum custodiæ munimentis confidat. Jo. 1. lib. 28. Hist.

HENRICUS VII. Anglorum regno pulerè constitutus, tamen præteritis malis doctus, sibi adhuc inimicorum insidias pertimescendas ducebat, quod mortales ab incunabulis odio fidionum imbuti, non facile solcant virus ex animo expuere. Itaque primus omnium Angliæ regum, stipatores corporis habere cepit, quod à Francis principibus sumpsisse fertur. Polydorus lib. 26.

RODULPHUS Habsburgensis Imper. Italorum insidias declinans Romam inaugurationis à Pontifice suscipiendæ causa proficisci renuit: quia ne vestigia terrent, inquiens. Cuspinianus.

FERD. Piscariis loricæ, quæ jugulum tantum, atque humeros munitur, in tumultuosis expeditionibus utebatur, nec sine ea somnum capere erat solitus. Jo. 1. in Piscario. lib. 3.

HOSTIUM VIM, ET INSIDIAS MODESTE DECLINARE. FUGA HONESTA.

Declinamus hostes, ut mala per se: per accidens etiam, quatenus vel libertati, vel vitæ, vel gloria nostræ insidiantur. Ne eadem bis repetere cogamus, ad hostium Fugam simpliciter hic loquimur, quancumque ob causam fiat. Consule Tit. Stratagematum, Imperator ne pugnet, quatenus hostium congressum evitans. Item: Cum desperatis non pugnare, Hostem clausum emittere.

DAVID

DAVID rex audiens filium Absalon in Hebron contra se regem creatum, excessit Hierosolymis, suosque omnes primum, ne incauti ab Absalon opprimerentur, ipse Jordanem traiecit, & in loca tuta se recepit. 2. Reg. 15.

Quidam ajunt, Molionidas adortos aliquando Herculem in insidiis: atque illum hominum multitudinem terribum non ausum contra resistere, sed fuga salutem consuluisse, idque in vulgi sermonem abiisse. Ne Hercules quidem contra duos. Erasim.

Oraculum Græcis datum fuerat. Qui primus in terram Trojanorum exiliisset, fatali morte periturum. Achilles igitur quamvis Græcorum omnium fortissimus esset, manifestè tamen, & inevitabili periculo sese exponere noluit. sed ultimus omnium in terram ingressus est. Protesilaus verò inveniit audacia proflitans, in terra primus fuit, & quoque primus in Orco. Eustachius Iliad. 8.

Veteres Spartani murorum oppugnationes declinabant, ubi non solum à viro abjecto, verum etiam contingat à puero, & femina vulneratum cadere vel fortissimum: quomodo à Patride Achilles ajunt interceptum in porta. Plut. in Lysandri. & Sylla comparatione.

Cum Antigonus II. rex, aliquando cederet hostibus immimentibus, abest, sed oportunitatem à tergo sitam persequi. Fugere, & Persequi sunt contraria. At ille se persequi magis quam fugere, proferrebat. Persequimur enim hostium, & persequimur id, quod studiosè expectimus. Plut. in Regum appor. 1. Tob. 5. c. 52.

METON astronomus, Atheniensibus in Siciliam navigaturis, posteaquam futura pericula cognovisset, neque inveniret honestatis prætextum, insanum, & turbundum se esse finxit: & ad verum similem morbi opinionem domum eam incendit. Inolans igitur à belli principibus iudicatus, liberè dimissus est. Elian. l. 13. de Var. hist.

Posteaquam M. Crassus infeliciter contra Parthos pugnavit, aliis alio fugientibus, Crassus reulit se Carras. Ducibus itineris (Arabes hi erant) ut operiretur momentibus eum, dum esset Scorpiorem Luna præterreda: Atqui Sagittarium ego, inquit, magis quam hunc, exhorreo. Ita cum equitibus quingentis abrupit se in Assyriam. Plut. in Crasso.

HERODES Antipatri F. à Parthorum rege Pacoto Hierosolymis obfectus, cum Hircanum socerum regem, & Phasaelum fratrem perdidit à Barzaphane satrapa, ad quem legati fuerant missi, captos audivisset: militibus assumptis, totaque familia juvenis imposita, comites inter eundem singillatim accedens hortabatur, ne meritori succumberent, hunc enim fugæ officere, in qua sola salutis spes sit reposita. Quibus verbis accessi conabantur calmantur resistere. Interim minimum abfuit, quin ipse sibi manus inferret, everfo vehiculo, & matre adducta in mortis periculum, adeo & casus hic eum terruit, & metus, ne inter has moras superveniret hostis insequens. Jamque gladium strinxerat, volens se percutere, cum interventu proximorum esse prohibitus, obtestantium, ne suos inimicorum injuriis relinquere. Igitur restota matre: & pro tempore adhibitis remediis, pergebat insitutum cursum, petens castellum Massadam quam maximis compendii. In quo itinere non semel impugnatu à Parthis persecutoribus, semper victor discessit. Judæi sexagesimo ab urbe stadio illum aggressi prostrati sunt. Eo loci post regiam condidit cum primis memorabilem, adjecto etiam oppido, quod Herodium vocari voluit. Depositis tandem suis

D in castro Massada, ipse etiam media hyeme Romam properavit, & à Senatu rex declaratus, regnum tandem, victo Antigono, cui Pacorus regnum concesserat, obrinuit. Joseph. lib. 14. cap. 25.

Massiliensium oppidum intrare nulli cum telo licet: præstoque est, qui id custodiæ gratia acceptum, exitu reddat. ut hospitia sua quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint. Val. l. 2. c. 1.

MAXIMO tyranno contra Valentinianum II. ducente, Valentinianus: quod vires pares ad tantum excipiendum impetum non haberet, suorum monitu repetit Aquileja se cum Justina matre proripuit, ac navi contenta, Thebaloniam accessit, ac rapit Theodosij Magni auxilium imploravit. Sigen. lib. 9. Imp. occid.

D. HILARION ad quosdam fratres sibi notos in Bruto dixerit, haud procul ab Alexandria. Qui cum miro gaudio suscepissent senem, & jam vicina nox esset, repente audiunt discipulos ejus animam sterneret, illumque parate proficisci. Advoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret. Quibus ille respondit. L. B. Theat. vit. human. Tom. II.

dit: Non multò post cognoscetis, me non sine causa subito discessisse. Die sequente affuerit Gazenses cum iustoribus, cum comprehensuri: quando quidem à Juliano Apostata & Hilariis, & Helychii morte impetraverat. Hieronymus in vita Hilariis.

CONRADINUS dux Sueviæ, mortuo patre Conrado, dum Siciliæ regnum sibi vindicare nititur hereditario jure, contra Carolum Andegavensem comitem (quem ex Gallia evocarat contra Manfredum Clemens VI. Pontifex) apud Beneventum dubio Marte res horas pugnavit. Tandem victus, dum fugæ consuluit, Asturam pervenit, cum Friderico duce Austriæ, agaloni habitu: ibi à quodam comite Cæsariano (cujus uxorem adamans, ut ea potiretur, virum sub honoris specie ablegaverat) Carolo proditus securi percussus est. Cuspinianus A. D.

Concubina nocte Manuelus dum excubias obit, Perfas quos secum in exercitu habebat cum Saracenis ipsorum lingua sentit colloqui, pacificeque cum iis de prendendo Romanorum exercitu, & repetenda patria. Id statim aperit Theophilo Imperatori: cumque hortatur, ut cum delectis fuga sibi consulat, ne in hostium perveniat manus. Respondenti Imperatori, Fieri hoc vix posse, præsertim perituris, qui nunc sui causa secum mansissent: Tibi modo, inquit, Deus salutem concedat, reliqui mox rebus suis consulent. Imperatore sub dilectulum fuga elapso, & ad Chilocorum perlato, milites, qui ordinibus desertis terga dederant, occurrerunt, fastique. Se vita dignos non esse, qui Imperatorem in pugna prodidissent, jam ferrum in seipos stringebant: cum Imperator spectaculo illo percussus, se divinitus servatum, proinde ipsos quoque salvos fore dixit. Cedrenus.

ANNO 1396. Sigismundus rex Ungarorum, cum Turcæ, duce Bajazeth Amurathis filio, Thracibus, Græcis, & Macedonibus devictis, Myfos, hoc est, Bulgarios & Rascios vexarent: congregato è variis principibus Christiani nominis ingenti exercitu, infeliciter pugnavit apud Nicopolim: clapsus tamen, trajecto navi Danubio, Constantinopolim fuga delatus est, inde aliquanto post Rhodium, ac deinde in Dalmatiam, & Ungariam reversus est. Sciborius Sciboticus Polonus, fugiens cum rege, & Ungaris, cum navim ingredi non posset, insequentibus Turcis ita ut erat armatus, in Danubium se projecit, & enavit, charisque postea Sigismundus regi fuit. Cromerus lib. 15. Bonifolius lib. 2. Decad. 3. Cuspinianus.

Post cladem Varnensem cum Joannes Hunniades dux fortiss. regis Ulaislai occisi corpus recuperare nequit, acceptis secum Valachis, fuga salutem quaesivit: ut superesset aliquis post regis interitum, qui acceptam cladem ulcisci posset. Superato Danubio, citatissimo itinere per Valachiam (quæ olim Dacia dicebatur) dum in Hungariam properaret, ne malè resisteret fama seditionem, tumultumve excuscitaret, à Dracula Transalpinæ gentis Vaivode captus est, sed post eum muneribus dimissus. Similiter post cladem in campis acceptam Cassovis Hunniades celeritè equo fuga sublatus est: abjectisque armis gravioribus, in manus duorum Turcarum, qui eum non cognoverant, quod in collo gestabat, interse certarent, alterum ense stravit, alter fuga elapsus evasit. Solus in sylvam cum equo delatus, invenit Rascianum quemdam, à quo Sinderoviam est deductus. Sed cum Belgradum peteret, à Georgio Despoto Serviciæ captus, vix filio suo Ladislao majori re natu in oblidem dato, assequi potuit, ut incolumis emitteretur. Cuspin. A. D.

Pervaserat metus Boemorum Hussitarum omnes Germaniæ provincias, quando nihil erat invium tanta ferocitate. Unde factum est, ut omnes ubique Urbes novis se fossis, & propugnaculis communirent, Erphordia, Jena, Magdeburgum, Brunsvicum, Luneburgum: inque eam rem desumpserit vicinos in suburbis hortos, & vineas, cuiusque essent ditionis, Monastice, Ecclesiasticæ, ac juris privati. Crantz. l. 11. Vandaliæ cap. 22.

LUDOV. XI. Gall. R. prudenter, & consultò pugnam cum Burgundiæ duce Carolo subterfugit, quod suas, & Galliæ fortunas nollet obicere periculo, non tam metu Caroli, quam quod populi defectionem verebatur, si forte infeliciter pugnasset. Nam quia populi, maximè verò procerum voluntatem à se putabat averfam: ea causa fuit, ut quoties bellum à Carolo iniret, ipse munitis tantum oppidis, & præsidio firmatis sese contineret. Quò hebat, ut & hostes tandem ultro dilaberentur, & Gallia, nullo accepto magno detrimento periculum. Vu 2 lum

lum evadret. Totum hoc tribui sane debet prudentia, & in- A genio regis. Philipp. Cominus 5. Histor.

PAUPERIATEM MODESTE Declinare.

Cum maximo terramotu Rhodus conquassata esset, ac muri civitatis magna ex parte, navaliaque contruissent, nec non colossus ille magnus everfus esset: tanto consilio, artificioque Rhodios ufos calamitate illa inflauranda Polybus lib. 5. nar- rat, ut damnus hoc illis quaestuosum fuerit. Missi enim legatis ad reges & civitates, magnitudinem illius infortunii exposuerunt: atque ita animos eorum affecerunt, ut certatim illi amplissima munera Rhodum miserint: & non tantum ipsos opibus suis sublevarint, verum etiam se obligatos illis esse concesserint. Vidorius lib. 17. Var. lect. c. 5.

IGNOMINIAM, DEDECUS FORTITER Declinare.

Lacon quidam puer (sub tempus, quo furari moris erat ingenio pueris, quod quisque valet, & non se fessisse infame) ut pueri, qui cum comitabantur, vivam surripuerunt vulpeculam, eique custodiendam tradiderunt, superveniensque qui vulpeculam amiserant, ad eam quaerendam, addiderat forte illam sub pallio suo. Saviente bestia, ac latus ejus usque ad interanea lanians, continuoque, ac latus ejus usque ad interdigressis illis, ut spectatum factum pueri, inculcaveruntque eum, praeficisse dicentes vulpeculam detexisse, quam usque ad mortem oculuissse: Apage, inquit, nam factus est doloribus immori, quam furti manifestum per ignaviam, ut turpiter vivam, esse assecutum. Plut. in Laconici.

EXALCIA DOMUS, URBIS, REGNI Modeste Declinare.

ABIGAIL, cum virum suum Nabal petulantur respondisse nunciis Davidis audivisset, festinavit, & tulit diversa xenia, & Davidem iratum placavit. 1. Reg. 25.

EZECHIAS rex Judaeorum propheta voce monitus, Fore, ut divitiarum, quas insolentius ostentasset, Babylonem transferrentur, nihil oraculum averterat, ita occurrisse fertur: Bonus est sermo, quem Dominus locutus est: sit pax (oro) & veritas diebus meis. Haec ille, & poena in posteros dilata est. Sabel. lib. 5. cap. 7.

ONENICYNUS Scythia, Zanclorum rex, cum ad Darium C ascendisset in Asiam, omnium hominum, qui ex Graecia venerant, existimatus est iustissimus esse, eo quod in Siciliam ad regem profectus esset, pacis exposcenda causa, rursusque ex Sicilia retrorsum ad regem iter fecisset. Alian. lib. 8. de Asia historia.

NICEPHORUS Imp. cum Aronem Ammiram cum trecentis milibus ascendente vidisset, pacem cum eo, licet parum aequis conditionibus admittere, quam temere cum suis interire maluit. Sigebertus in Chron.

SERVITUTEM, ALIORUM FORTITUDINEM, SEVITIAM, MALAM CONVERSATIONEM, Carceres modeste, & fortiter declinare.

Consule Tit. Prudentia in carceribus effugiendis. HECTOR, cum in reliquos omnes impetum faceret, tamen ut se praestantior declinavit. Unde Hor.

Alavos d' adiana m'zlu talavaniad eo. id est. Congressum Ajaxis fugae Telamone creati. Evasm. in Adagii.

JOANNES Apostolus balnea cum discipulis ingrediens, ut eos, qui illic convenirent, Evangelium doceret, vidit inter la- D vantes Cerinthum haereticum: atque inde relato statim gradu ad suos conversus: Fugiamus hinc, ait, ne balnea nos oppri- mant ruina, in quibus Cerinthus lavat, veritatis inimicus. Ad eo non fidem solum, sed etiam vitam periclitari cum haereticis conversantium existimavit. Marul. lib. 7. c. 3.

M. CRASSUM Romani senum habere in cornu dicebant. Declinabant enim cum illis, qui alios, in rep. vellicabant, ut ad vindictam acrem, atque durum adorientibus. Verum enim vero postea rursus dictum est, Crasso Caesar detraxit foenum. Hic enim Crasso primus se actionibus ejus objecit, eumque desepxit. Plut. in quaest. Rom.

Legati Lacedaemoniorum Philippo Macedoni intolerabili- bus oneribus civitatem eorum implicant: Si quid morte gra- vis imperare perseveraret, mortem se pralatos, responde- runt. Val. Max. 1.6. c. 4.

Pulsus regno Tarquinius Superbus, varia ad recuperandum imperium movit bella. Postremo Tulcorum regem Porse- nam, ut adoriretur Romam, cum ingenti exercitu impulit. Romani simul & bello pressi, & fame, cum Porse nam audi-

rent non bello solum, sed justitia etiam & integritate clarum esse, controversie cum Tarquinio capere cum arbitrio vo- lebant. Id abnuvit Tarquinius, nec Porse nam, si societatem parum adoret constanter, aequum iudicem ostendit. Ita eo Porse nam amisso, quem studebat, ut amicus Romanorum disce- deret agro, quem Thuficis ademerat, & captivis puellis inter quas Poplicola consulis filia Valeria erat, & totidem puellis in hac obfidibus acceptis decem pueris, & totidem receptis inter quas Poplicola consulis filia Valeria erat, & totidem puellis nundum impletis, omnem apparatum belli dissolvit. Puella ad fluvium paulo longiore a castris spatio descende- runt sicut loturae. Eatum una nomine Clelia ad hortante, tu- nicis circum capta religatis conjecerunt se in rapidos fluctus, praetorque gurgites continua seria magno labore agrè tra-naverunt. Alii Cleliam memorant equo, qui ad manum erat, insidentem sensim transisse, ac munere fuisse sanctam ducis, natantes cohortante, & adjuvante. Romani virtu- tem, & robur animi earum laudaverunt, non probaverunt reditum, datique ducibus remiserunt puellas. Quibus, cum amnem trajecissent, posuit insidias Porse nam, virginesque penè circumvenit. Id filia Poplicolae consulis Valeria, tribus comitata servis in castra Porse nam profugit. Reliquos rapit succurrens Porse nam filius Aruns eripuit hostibus. His in conspectu positus iussit proficere Porse nam, quae dux & consilii auctor fuisset. Ubi caetera, Cleliae timentes steterunt tacitae, ipsam se Cleliam profectam admiratus Porse nam, eamque insignitum ornam aducessit iussit: quem cum Clelia donasset, omnes comiter, & humaniter remisit. Hoc signo contendunt plerique Cleliam equo amnem trans- misisse. Id negant alii, sed audaciam puella, & animum su- pra se ipsum miratum, dono eam, quod tribui viro bellicoso deceat, honorasse. Posita fuit via, quam Sacram vocant, equestris status hinc puella, quam hi Cleliam, illi Vale- riam referunt fuisse. Plutarcb. de Vita vir. mulierum, & in Poplicola.

P. FURIUS, frater T. Quinii consulis legatus, cum adversus Equorum gentem pugnaret, & cum paucis ab eorum multitudine circumventus, hortantes eos audiret, ut abje- ctis armis vitam servarent, mori pugnamo maluit. Fulgosi- lib. 3. cap. 2.

CONSTANTINUS PALAEOLOGUS Imperator oppugnantibus Con- stantinopolim Turcis, ubi Barbarum irrupentem sustineri non posse vidit, sibi manum iniicere voluisse creditur. In- de, quia id parum Christiani hominis esse succurrit, suos hortatus est, ut se ferro transigerent. Quibus sacre recu- santibus, Imperatoris insignibus depositis, stricto ferro in irrupentium Barbarorum cuneum irruit, fortiterque pu- gnando hostili manu concidit, cadentem, nobilissimum Impe- rii excoidio Imperatorum misit cadaver. Illi postea media caesorum strage reperto, caput, Mahometi II. iussu est abscis- sum, totaque urbe, ac castris circumlatum. Sunt qui di- cant, eum ad Romanam portam fugientium strage edita, cum multis in ea trepidatione examinatum, ac paludamento postea cognitum. Sabelle. lib. 7. Dec. 3.

Anno 705, Ferdullus dux Foro-Julienfis, Sclavos incur- santes temere aggressus, se cum tota Foro-Julienfi nobili- tate pessundedit. Ex ingenti numero solum Munichis, Petri Foro-Juliani, & Ursi Cenetenfis ducum patet, evasis. Is cum de equo dejectus esset, manibus licet vinculis impeditis, lanceam ei, qui se vinxerat, abstulit, atque eo vulnerato se per aspera, ac praerupta loca dejecit. Sigonius lib. 2. Regni Ital.

DECLINATIO MALORUM INHONESTA REPUDIATA. MALA NON DECLINARE, H quae honeste declinari nequeunt.

Hic Declinationem solum consideramus neglectam. Quam cum sequatur vel Propulsatio, vel Tolerantia, videtur sepe eadem exempla diversis locis inseritur.

MORTEM, MORTIS PERICULUM NON Declinare.

Consule Tit. Martyrum, Item, Mortui in acie.

ISAAC Abraham patri loco victimae sese obtulit, Dei volun- tati, quam patet sequebatur, quantum in se erat, satisfacere cupiens. Sed Angeli intervenit dilata est victima, cum pia- culum esset, aliam Deo offerre hostiam humanam, quam ip- summet Messiam benedictum. Gen. 22.

SIDRACH,

SIDRACH, MISACH & ABDENAGO pueri, aetate animi magnitudine supergressi, cum regis Nabuchodonosor fla- turam adorare nollent, in fornacem ardentem proiciuntur, & inter fontibus flammarum globos laudes Deo decantant. Daniel leonibus devorandis datur. Sed nec illos adulfu ignis, neque hunc leones attingerunt: ut omnibus manifestum fieret, verae religionis virtutem potentissimo tyranno tor- tiorum esse, & fideles, nisi Deo permittente, nulla vi occidi possent. Dan. 3.

Macaria Herculis F. opud Euripidem in Heraclidis pro salute patriae ductabat, imperantem, ut regem suum reciperent Cleo- nymum, aut cognituros, nullis aliis ipsos praestantiores esse occurrentes ait: Si Deus est, non timescent hunc (nihil enim est a nobis in illum profectum injuriae) fin homo, nihilo pro- fectio nobis praestat. Ibid.

Bias infidiis ab Atheniensium duce Iphicrate circumven- tus, cum rogaretur a militibus, quid faciendum esset: Quid- nam infit aliud, quam ut vos evadatis incolumes, ego vero dimicans cadam? Ibid.

PELOPIDAS milite quodam dicente: Incidimus in hostes: Quid magis, inquit, quam in nos illi? Catois Uticensis F. in Philippis contra Octavium Cesarem, & Antonium pro libertate decertans, cum inclinata acie ne- que fugere, neque latebras sufficeret quaerere, hostes lae- sunt: coramque iis, qui esset declarans, adstantes adhuc in acie incitans cecidit, magna virtutis suae apud inimicos relicta admiratione. Plut. in Catois.

ORDELAPHUS FALERIUS, Venetorum dux, post non pauca egregia facta ad Jaderam urbem adversus Hungaros, qui eam oppugnabant, fortissimè pugnavit: in prima acie contraillos occubuit. Cadaver Venetis relatum, universa civitas magna pompa in aede Divi Marci, marmoreo sepulchro sepelien- dum curavit. Egnat. l. 3. c. 2.

OCURRENDUM.

SENECA ANTIGONUS, cum navali praelio esset ad Andrum decertaturus, & quidam, longè plures diceret esse hostium naves: At me ipsum, inquit, quam multis oppones? Nemp- pe majestatem merito extollit, imperantis peritia, & virtute succinctam: cujus primum munus est, ut fervet eum, qui conservat omnia. Plut. in Pelopida.

D. MARTINUS, cum esset annorum duodeviginti, ad ba- ptisma convalluit. Nec statim militiam renuntiavit. Tribuni sui precibus evictus, qui & ipse transacto tribunatus sui tem- pore, renunciaturum se seculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione suspensus, per biennium serè, posteaquam est baptisma consecutus, solo scilicet nomine militavit. Interea irruentibus in Gallias Barbaris, Julian. Caesar coactò in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum coepit ero- gare militibus: & ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Tum vero opportunum tem- pus existimans, quo peteret missionem (neque enim integ- rum sibi fore arbitrabatur, si donativum non militarium ac- ciperet.) Haestenus, inquit ad Caesarem, militavi tibi, nunc patere, ut militem Deo: donativum pugnaturos acci- pias. Christi ego miles sum, pugnae mihi non licet. Ad- versus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, Eum metu- pugnae, quae postero die erat futura, non religionis gratia de- tractare militiam. At Martinus: Si hoc, inquit, ignaviae ad- scribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis ad stabo, & in nomine Domini Jesu, signo crucis, non clypeo prote- ctus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Retru- di ergo in custodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis Barbaris obiceretur. Postremo die hostes legatos de pa- ce miserunt, sua omnia, seque dedentes. Unde quis dubitet, hanc verè beati viri fuisse victoriam? Neque enim aliam pro- milite suo Christus debuit praestare victoriam, quam ut suba- ctis sine sanguine hostibus nemo moretetur. Severus Sulpicius c. 4. de vita Martini.

HOSTES NON DECLINARE. Sive Pugnamo.

Vide Tit. Duces, & Milites fortes.

LEONIDAS Alexandriae, dicentibus Ephoris, Paucos ipsum ad Thermopylas velle: Multos, inquit, ad quem pergitur adum. Exurrentibus iterum, Nihilne statuit aliud agere? Transiit Barbarorum, inquit, verbo arcere revera pro Graecis mori. Ut pervenit intra Thermopylas, ad comilitones ait: In propinquo serunt esse barbarum, quare non est tempus terendum. Jam enim aut vincendi barbari, aut nobis est moriendum. Alexandriae dicenti, D Prae barbarorum sagittis nec solem videre licebit: Bene ha- bet, inquit, quod in umbra cum iis decertabimus. Alteri di- centi: Propinquant nobis: Ergo, inquit, & nos illis. Plut. in Apoph.

Ab hostibus jam circumdatus Leonidas a Persis, cum duos ex magna familia servare vellet: alteri, ut eum dimitteret, dedit epistolam: quam ille non accepit, cum Romacho res- pondens: Bellatorne, non tabellarius, sum secutus. Alteri aliquid Lacedaemoniorum magistratibus nuntiare praecipit. Ille factis respondit, ac capto clypeo in ordinem suum ivit. Plut. de Herod. malignitate.

ALEXANDRIDAS petrocaniti cuidam, Quid per bella Spar- tiatae intrepidè pericula adirent? Quod sollicit, inquit, esse de vita, non ut alii timere meditantur. Plut. in Apoph.

AGIS rex, Manthine, cum interpellaretur signa cum ho- stibus, quod plures essent, confertur: Cum multis, inquit, dimicandum est ei, qui imperare intendit multis. Ibid.

PEDARETUS dicenti, Multos esse hostes: Igitur decus, inquit, referemus majus: plures enim interficimus. Ibid. L. B. Theatr. vitae Ilium. Tom. II.

DAMIDAS armis a Philippo illatis Peloponneso, jactanti- cuiquam, Graves calamitates Lacedaemonis impendere: Effic- minate, inquit, quid mali patiemur, si mortem contempseri- mus? Ibid.

ARISTOCRIDAS, cum diceret ei quispian fuso jam in pugna adversus Antipatrum apud Megalopolim Agide: Quid agetis, Lacedaemonii, servitine Macedonibus? Quid, num vale- bit, inquit Antipater, quò minus pugnantem pro sparta oc- cumbamus, impedire? Ibid.

DERCYLLIDAS ad Pyrrhum, qui in finibus Spartanis exerci- tum ductabat, imperantem, ut regem suum reciperent Cleo- nymum, aut cognituros, nullis aliis ipsos praestantiores esse occurrentes ait: Si Deus est, non timescent hunc (nihil enim est a nobis in illum profectum injuriae) fin homo, nihilo pro- fectio nobis praestat. Ibid.

Bias infidiis ab Atheniensium duce Iphicrate circumven- tus, cum rogaretur a militibus, quid faciendum esset: Quid- nam infit aliud, quam ut vos evadatis incolumes, ego vero dimicans cadam? Ibid.

PELOPIDAS milite quodam dicente: Incidimus in hostes: Quid magis, inquit, quam in nos illi? Catois Uticensis F. in Philippis contra Octavium Cesarem, & Antonium pro libertate decertans, cum inclinata acie ne- que fugere, neque latebras sufficeret quaerere, hostes lae- sunt: coramque iis, qui esset declarans, adstantes adhuc in acie incitans cecidit, magna virtutis suae apud inimicos relicta admiratione. Plut. in Catois.

ORDELAPHUS FALERIUS, Venetorum dux, post non pauca egregia facta ad Jaderam urbem adversus Hungaros, qui eam oppugnabant, fortissimè pugnavit: in prima acie contraillos occubuit. Cadaver Venetis relatum, universa civitas magna pompa in aede Divi Marci, marmoreo sepulchro sepelien- dum curavit. Egnat. l. 3. c. 2.

OCURRENDUM.

SENECA ANTIGONUS, cum navali praelio esset ad Andrum decertaturus, & quidam, longè plures diceret esse hostium naves: At me ipsum, inquit, quam multis oppones? Nemp- pe majestatem merito extollit, imperantis peritia, & virtute succinctam: cujus primum munus est, ut fervet eum, qui conservat omnia. Plut. in Pelopida.

D. MARTINUS, cum esset annorum duodeviginti, ad ba- ptisma convalluit. Nec statim militiam renuntiavit. Tribuni sui precibus evictus, qui & ipse transacto tribunatus sui tem- pore, renunciaturum se seculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione suspensus, per biennium serè, posteaquam est baptisma consecutus, solo scilicet nomine militavit. Interea irruentibus in Gallias Barbaris, Julian. Caesar coactò in unum exercitu apud Vangionum civitatem, donativum coepit ero- gare militibus: & ut est consuetudinis, singuli citabantur, donec ad Martinum ventum est. Tum vero opportunum tem- pus existimans, quo peteret missionem (neque enim integ- rum sibi fore arbitrabatur, si donativum non militarium ac- ciperet.) Haestenus, inquit ad Caesarem, militavi tibi, nunc patere, ut militem Deo: donativum pugnaturos acci- pias. Christi ego miles sum, pugnae mihi non licet. Ad- versus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, Eum metu- pugnae, quae postero die erat futura, non religionis gratia de- tractare militiam. At Martinus: Si hoc, inquit, ignaviae ad- scribitur, non fidei, crastina die ante aciem inermis ad stabo, & in nomine Domini Jesu, signo crucis, non clypeo prote- ctus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. Retru- di ergo in custodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis Barbaris obiceretur. Postremo die hostes legatos de pa- ce miserunt, sua omnia, seque dedentes. Unde quis dubitet, hanc verè beati viri fuisse victoriam? Neque enim aliam pro- milite suo Christus debuit praestare victoriam, quam ut suba- ctis sine sanguine hostibus nemo moretetur. Severus Sulpicius c. 4. de vita Martini.

Cum Emericus Bela III. Ungarorum regis F. mortuo patre, Ungariae regnum beneficio primo geniturae obtinisset, idque frater Andreas iniquo animo ferens contra eum exercitum du- xisset, frater exercitui solum sese offerens, omnes eos ad me- liorem mentem revocavit. Bosjn. l. 7. Decad. 2.

GUILIELMUS GONDIALVUS, Galliae comes, cum diu Legionem urbem in Hispania defendisset, & muris ab hoste perfoctis honestè saluti consulere posset (quòd gravi morbo affectus ferre arma prohibebatur) maluit in ea urbe mori, quam susceptam ejus tuenda curam omittere. Itaque arma in- dutus, cum invalido corpori vix ad incessum vires sufficere- ret, ferri se ad locum iussit, ubi plus erat periculi: illicque Vu 3 jacens